



HISPANIA

AMERICA

INVERDIT OCEANVS

TRIS ET MARGINE CELL

*Terra sub Augusto, sub miti est Principe Pontus
Qui negat Imperium cuncta subire suum.*

D. PHILIPPO. IV.

HISPANIARVM, ET IN-
diarum Regi. Opt. Max.

*D.D. JOANNES DE SOLORZANO
Pereira ex Equestri Milia Divi Jacobi
et in supremis Castellæ, et Indiarum,
Consilij. Senator.*

EMBLEMATA
REGIO POLITICA

INCEN TVRIAM VNAM REDACTA
et laboriosis at que vtilibus com-
mentarijs illustrata

Spollis et cunctis
D. E. C.

*Cum Privilegio in Typographia Domini, Garciae Morraz,
Madi 1538*



D. IOANNIS
DE SOLORZANO PEREIRA

I. V. D.

EXEQUESTRI MILITIA DIVI IACOBI,
ET IN REGNIS SUPREMISS CASTELLAE, ET
INDIARVM CONSILII ANTIQVISSIMI, ET
IAM EMERITI SENATORIS.

EMBLEMATA
CENTVM, REGIO POLITICA.

ÆNEIS LAMINIS AFFABRE
CAELATA, VIVIDISQVE, ET LIMATIS
carminibus explicita, & singularibus commentarijs
affacim illustrata.

QVIBVS, QVICQVID AD
REGVM INSTITVTIONEM, ET RECTAM
Reip. Administrationem conducere, & pertinere
videtur, summo studio differitur.

OPVS VEL IPSA VARIETATE, ET VTILITATE
Rerum, & Materialium, quas continet, expetendum, & omnium
Facultatum Professoribus summopere
necessarium.

*Cum quadruplici Indice Absolutissimo. Primo, uniuscuiusque
Emblematis mentem complectente. Altero loca Sacra Scriptura
Tertio, Leges, & Canones, quae citantur, & illustrantur, des-
nante. Et quarto, copiosissimam rerum omnium, & senten-
tiarum farraginem, quae in toto opere continentur.
ubertim Lectoribus effundente.*

D. PHILIPPO IV.

HISPANIARVM ET INDIARVM REGI O P T. M A X.

DOCTOR. D. IOANNES DE SOLORZANO
*Pereira, sua Maiestatis, in Supremis Iustitia, &
Indiarum Consilijs, Senator.*

S. P. D.



INTER plura quidem Edieta sive Mandata, Rex Omnium Maxime, & Potentissime, quae Augusta Maiestas Tua, varijs temporibus, suis Omnium ordinum Senatoribus, ac Magistratibus, non minori Pietate, quam Prudentia direxit, quod eosdem acrius ad Dei Cultum summo studio curandum, & Iustitiam equo libramine appendendam, attentiores efficeret. Illud caput extulit, quod initio anni M. DC. XLIII. ingruentium bellorum occasione, & ob iustas alias, & graves causas, imminentesque calamitates, quae presentissimum Divini Numinis auxilium desiderabant, in Supremo Status Consilio viva voce proposuit, & alijs inscriptis transmitti mandavit. Eisdem ardentem Regij sui Pectoris zelum in Dei obsequium, & commune totius Hispaniae Monarchiae bonum aperiens, ac tali ac tanto exemplo, ut ipsum ipsi, sua quisque pro parte, curarent, his verbis adhortans.

Los aprietos en que Nos hallamos, piden toda mi Persona, atencion, i cuidado para su remedio. I con este fin, he suplicado a Nuestro Señor, que me alumbre, i ayude con sus Au-



Quamvis Phidiasca caeteris imagines, surget
Ectypus Archetypus sol liber unus erit.
Emicat hic facies: at firma Volumina morum,
Et vera ingenij stant monumenta tui.

D. Hieronymus ad Marcel.
Scriptorum libri, magnorum assueti, et vera,
et aeterna monumenta sunt.



Totum condens. Totum complens.

EMBLEMA I.



Ex nihilo feci, totum impleo, cuncta guberno.

Meq; volente stetit; Meq; volente ruet.

Cedite mortales, Dominans Ego solus in Orbe,

Condere qui haud poterit, nec Dominator erit.

COMMENTARIUS.

1



SVMMO sumo Principe principium, & hoc Emblemate eos, qui terra praesunt, monitos velim, excelsis excelsiorem esse alium, ut Salomon dixit; & tunc demum stabilem sibi Dominationem figere, vel fingere posse, cum Maiestatem suam, iuxta Divi Augustini consilium, Maiestati Dei famulam fecerint, humilisque & submisso corde cognoverint; se illius comparatione nihili pendi, qui ex nihilo eosdem ipsos, & totum hunc mundum, qui omnia continet, fecerit, & in nihilum, ubi sibi libitum, fuerit, reducere possit.

2

ET cuius unius (ut veterum Philosophorum sententia est) omnia

sum,

A

sun,

D. Paul. 1. Tim. 1.
Ecclesiastes 5. 7.
D. Aug. de Civ. Dei lib. 5. cap. 24.
D. Paul. ad Rom. 1. 18.
D. Paul. 1. Tim. 1. 18.

Deus solus Dominus.

EMBLEMA II.



*Aspice splendentem Puerum, radijsq; coruscum,
 Qui Phœbi nitidas lumine vincit opes.
 Queri Dominū mōstrat Tyburis manus alma Sybilla,
 Nam soli, & solus Rex tonat ille Poli.
 Principis aeterni reverentes cernite numen,
 Qui geritis multis sceptrā caduca modis.*

COMMENTARIUS.



REVERENTIAM differentiamque, quæ inter im-
 mortalem, & mortales Reges, ex incomparabili di-
 vinorum operum magnitudine superiori Emblemate
 comprobavimus, cæleste quoque illud, & miraculo-
 sum Oraculum manifestat, quod in præsentī Graphi-
 cè designamus, gravissimorum Auctorum traditione
 sequuti, qui proximè post Christi Domini, ac Servatoris nostri Na-
 tivitatem, Sybillam Tyburinam ad Augustum Cæsarem accessisse,
 eiq; ipsum eundem Christum Iride, vel Solis radijs inclusum, cum
 sanctissima eius Genitrice ostendisse testantur; sub illo cæli tractu,
 quo postea Romæ, in perpetuam huius rei memoriam, Franciscano-
 rum ædes hodie constructa reperitur, vulgòque, eandem ob causam,
 Sancta Maria de Ara-Cæli vocatur. Serioque illi admonuisse, quis,

Tertul. in Apolog.
 cap. 34. Oros. An-
 tonin. Vergomēti
 Polid. Virgil. & a-
 lij apud Mc. 1. 10.
 de Iudic. iur. lib.
 2. c. 21. n. 58.

qua-

ultra Ioachimi Camerarij Emblema, hoc Ego in rem nostram non ineptè confici posse putavi.

Ichneumon corpus tetra cur pulvere turpas?

Serpentum vires pulvere vinco letis.

Vt coluber cedat, non ensis, mucro, sagitta,

Sed satis est coram pulveris atra dies.

Vincen. histor. in speculo.

D. Antoin. in hist.

Causin. in Pollit. Symb. lib. 3. cap. 4. pag. 225. Camer. ubi sup.

Mach. 2. 13. 29.

Filesc. 2. tom. Select. in Euripo iulius sæculi c. 2.

Causin. in Pollit. Symb. lib. 12. c. 46 quem etiam vide alia de mortis memoriae utilitate adducentem lib. 3. c. 38. & 39.

Boet. lib. 3. met. 11. & vide Emb. 25. D. Sebast. Covar. cent. 1. del. me son de la muerte.

Senec. lib. 6. nar. quest. c. 2.

Ovenus lib. unic. Epig. 115. p. 113.

Et eodem iuro se dum ad pugnam cum Tartaris parant, ut eorum sagittis resistant, Seres solitos ob armari, ex Vicentio Historiali, & Divo Antonino colligimus. Et hodie Ætiopiæ Regem, quem Præbyterum Ioannem vocamus, nunquam foras prodire, quin ei Crux, & vas terræ præferatur, Nicolaus Causinus ex alijs recoluit, & ad nostri Emblematis mentem aptavit.

In libro quoque Machabeorum, aliud symbolum ad nostrum, etiã pertinens, reperitur, dum Simon, patris, fratrumque suorum tumulo, *Circum posuit columnas magnas; & super columnas arma, ad memoriam æternam, & iuxta arma, naves sculptas.* Sic indicans, totam vitam nostram fluctuanti navigio, sive navigationi, similem esse, & in felicem securumque mortis portuum, statim atque nascimur contendendum, in quo demum quies, & Beatitudo nostra consistit. De quo simili, integrum caput Ioannes Filescus scripsit. Et Nicolaus Causinus aliud, de Ægyptijs Pyramidibus agens, in quarum summitate præsepia erant, unarum Nostri Pantheonis similitudinem referentia, ad quæ denuum Reges, tot laboribus exantlatis, tot curis abiectis, & ablegatis, æterna requie fruituri conscenderent.

Quam nos etiam Nostris, post longam, & bene actam vitam, supplices exoramus, & cum Boetio ad supremam hanc laborum metam, atque mercedem his carminibus invitamus.

Huc omnes pariter venite capti,

Quos fallax ligat improbis catenis,

Terrenas habitans libido mentes,

Hic erit vobis requies laborum,

Hic portus placida manens quiete,

Hoc unum miseris patens Asylum.

Et illud, quod legimus apud Senecam, memoriæ mandare consulumus, *Nullum est malus sociatum, quam ipsa mortalitas.* Et Epigrammatarij Angli.

Quod Reges audire timent, ac dicere seruis,

Ipsi tibi dicit Fama, memento mori.

F I N I S.

